



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fulginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua  
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

**Angela <de Fulginio>**

**Parisiis, 1598**

c. 58. De libro vitae qui est Christus Iesus, Deus & homo, in quo  
cognoscitur & docetur atque addiscitur quicquid nostrae saluti conuenit. Et  
qualiter vita ipsius Domini nostri nihil aliud fuit quàm ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43716**

*De li. vitæ qui est Christus Iesus.* 257  
inflatur, nec extollitur, sed super-  
humiliatur. Ante omnia igitur  
fili conandum est ad veraciter  
Deum & se cognoscēdum, quod  
non fit, nec obtinetur nisi per  
orationem assiduam, & feruen-  
tem, & lectionem quæ assidue  
exercetur in libro vitæ.

*Quinquagesimum octauum capitulum.*

*De libro vitæ qui est Christus Iesus*  
Deus & homo, in quo cognoscitur  
& docetur atque addiscitur quic-  
quid nostræ saluti conuenit. Et qua-  
liter vita ipsius Domini nostri nihil  
aliud fuit quam amarissima pœnitē-  
tia. Et de tribus rebus que eum affo-  
ciaverunt usque ad mortem, scilicet  
summa paupertas, contemptus, &  
affidus dolor. Et quomodo per hec,  
& non per aliam viam ituri sumus  
ad eum.

**S**CIA s igitur, quod hic liber  
vitæ non est aliquid aliud,  
quam Christus Dei filius, qui est  
verbum & sapientia patris, qui

in hoc apparuit, ut per vitā suam & mortem & doctrinam nos instrueret. Videndum est qualis fuerit sua vita & conuersatio quā egit, & inde sinēter tenuit in corpore mortali. Sua enim vita est exemplum & forma cui libet

*Cōtinua* volenti saluari. Vita autem sua *Christi* non fuit nisi amarissima pœnitentia, cum qua fuit associatus *pœnitentia ama* nissima. cōtinuè in vita præsentia ita quod ab hora in qua anima Christi fuit creata & infusa in suo sanctissimo corpore in vtero Virginis purissimæ, usque ad illam horam ultimam in qua illa sanctissima anima recessit ab illo sanctissimo corpore per acerbissimam crucis mortem, nunquam stetit sine illa societate: quod non fecerunt Apostoli, nec beata Virgo

*Societas* nec alij sancti. Societas autem *Christi* quam Deus pater altissimus secundum suam sapientissimam dispensationem voluit, ut filius suus dilectissimus haberet in isto mundo, hæc est. Primo perfe-

*in hoc  
mundo.*

ctissima, continua & summa pau-  
pertas. Secundo perfectissimus,  
summus & continuus despectus.  
Tertio perfectissimus, continuus  
& sumus dolor. Ista fuit Societas  
à qua Christus fuit associatus in  
tota sua vita, ut exemplum nobis  
tribueret hanc super omnia eli-  
gendi & diligendi & tolerandi  
usque ad mortē : per hanc enim  
viam ipse secūdum quod homo  
ascendit ad cælum, & per ipsam  
potest & debet ire anima ad  
Deum, nec est alia via recta : o-  
portet enim & decet, quod viam  
quam caput tenuit, teneant cor-  
poris membra, & quod ab illa  
societate à qua fuit associatum  
caput, sint etiam associata mem-  
bra.